

**Hochschule für Musik und Tanz Köln -  
Hochschulbibliothek**

**Octo-tonium ecclesiastico-organicum**

**Panzau, Octavian**

**[Augsburg], [ca. 1790]**

Philo - Muse!

---

[urn:nbn:de:hbz:kn38-1541](#)

# Philo - Muse!

En! prius Conatus Discipuli; minime opus perfectum Magistri. Lectio  
præclarissimi operis, Excellentissimi in hac arte Magistri, D. Josephi  
Fuchs, Aloysium suum instruentis, ad hos ausus animum meum erexit.  
Magister es? Veneror Te; et crism tuam adeo non recuso ut poti<sup>g</sup>, quem  
admodum Aloysium, me Sic pariter paratissimum esse profitear, non à Jo-  
sepho tantum, sed, à quocunque demum, rerum istarum melius gnaro, corri-  
gi. Aloysius es? id est, mei Similis? placebit Tibi, spero, opuscolum istud,  
ex ipso fine, quem Titulus exhibit, prodefse enim malo, quam laudari.  
Propria nimurum, et longa experientia me dubitare amplius non sinit,  
quam minime ingratum, imo commodum futurum sit Organœdo /: præ-  
sertim, si Solus, et toto anno audiatur; et nonnisi eandem fere,  
ac antiquam cramben recoquat / si habeat ad manum delectum ali-  
quem, quo auditores suos, propter varietatem saltem, etsi non ob arti-  
ficium, delectet; ne tandem, ob penuriam stylī gravis et Ecclesiastici  
/: quod non raro fit, et utinam non paſsim! / Theatralē inducere, et  
fidelium devotionem turbare potius, quam promovere cogatur, ut quam  
modestissime loquar. In arbitrio nunc tuo positum est, utrum Primum  
sit, vel unicum hoc opuscolum. Primum erit, si tibi ad finem in-  
dicatum commodum sit; plura enim similia sequentur. Sin minus? uni-  
cum. Duo breviter adhuc, sed amicè monendus es; I<sup>mum</sup> est. ut  
Fugas has, gravitate Contra-Puncto propriā, tractare digneris; quo  
nimurum ambo subiecta facilius distingui, ac discerni valeant; al-  
terum; ut modernum stylū exprimendi Notas /: Manieras vulgo  
appellant: / accurate à Domino Muffat præscriptum, data oppor-  
tunitate, applicare non omittas. Vale! et Deum mecum ora, ut in  
Chordis, et Organo, decenter, præsertim in Ecclesiis, Laudetur.  
Psal. 150.

1594